Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26360
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Grandis clamor fidei quia clamamus alba pater.
spiritus quoque clamat pro nobis gemitibus inenarra
bilibus. Magna est uox iusticie et karitatis.
per quam mortui modo non loquuntur. sed clamant
sicut abel. Magna uox apostolorum. quia in omnem
terram exiuit sonus eorum. etc. Hac uoce clamat
caput nostrum. clamant et membra. clamat ra
chel plorans filios et dicens. Ne auertas
faciem tuam a singultu meo et clamoribus.
Clamat moyses. cui dicitur: Quid clamas ad me.
Sed sciendum quia alii ex corde clamant. alii
loquuntur. Loquebatur anna que orabat propri
uatis et filiis. clamabat moyses ardore
karitatis. Sub hac igitur littera conclusio
nostre mortalitatis excluditur. et inuocatio
ut amplius clamemus ostenditur. et singulis
dicitur: Aspice quomodo sis conclusus. clama ad eum
qui presto est. Ne auertas faciem tuam a singul
to meo. et clamoribus. Unde miseri esto-
te et plorate. quasi. aspicite conclusionem
uram. inuocate de lacu nouissimo.
Res. Iudicasti domine causam animae meae.
redemptor uitae meae. Res. Vidisti domine